Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

moriturum. Ex quo ostenditur uirginitatem non mori. nec
sordes nuptiarum abluere cruore martyrii. sed manere cū
xpo. & dormitionem eius transitum esse non mortem.
Si autem obmixe contenderit iohannem uirginem non
fuisse. nos amoris ꝓcipui uirginitatis causam diximus.
Exponat ille si uirgo non fuit cur ceteris apostolis plus ama
tus sit. Ait dicis. sup petrum fundatur ecclesia. Licet id ip
sum in alio loco sup oms apostolos fiat & eunti claues
regni celorum accipiant & ex eo sup eos ecclesie fortitu
do solidetur. tamen ꝓpter ea inter duodecim unus eli
gitur. ut capite constituto scismatis tollatur occasio.
Sed cur non iohannes electus est uirgo. etati delatum est.
quia petrus senior erat. Ille adhuc adolescens & pene puer
progesse etatis hominibus ꝓferretur. & magister bonus
qui occasionē iurgii debuerat auferre discipulis. & dixerat
eis pacem meā do uobis pacem meā relinquo uobis. Et qui uoluerit
inter uos maior esse minimus omniū sit. In adolescen
tem quem dilexerat causam prebere uideretur inuidie.
Si autem sciamus iohannem fuisse tunc puerum manifes
tissime docent ecclesiastice istorie. quod usq. ad trauani
imperium uixerit. Idest post passionem dni sexagesimo
octauo anno dormierit. quod & nos in libro de inlustribus
uiris breuiter pstrinximus. Petrus apostolus est. & iohan
nes apls maritus & uirgo. Sed petrus tantum apostolus.
iohannes & apostolus & euangelista & ꝓpheta. Apostolus.
scripsit ad ecclesias ut magister. Euangelista. quia libru
euangelii condidit. quod excepto matheo alii ex duodecim
apostolis non fecerunt. Propheta. uidit enim in pathmos
insula in qua fuerat a domiciano principe ob dni mar